

indulg]entia sacra specialiter meruit at cultum | [*epulum instructumque*
a]mplissimo apparatu cives suos universos | [*ut vocaret. Cui cum populus*
propter] voluptates honeste exhibitas ad augendam | [*optimi viri honori-*
ficientiam frequ]entissimis vocibus bigas centuriatim | [*postulasset, motus*
verec]undia quod esset duabus bigiis (*sic*) et equestrib. | [*statuis tribus(?)*
iam donatus]

Panormi (X 7295 vidit Mommsen). — 1) *Initio, item in fine multa perierunt, cum ex tribus saxis iuxta positis medium tantum supersit (idque imminutum).* — 2) *Cf. N. 5062 not. 6.* — 3) *Haec, ut et pleraque reliqua supplevit Mommsen.*

5056 L. Vibius Severus | aedilis, IIIvir qq.¹, | splendidus eq. | Romanus, patro|nus civitatis Supe|raequanorum, item | patronus civitatis | Anxatium Frentanor | et Peltuinatum Vestin. | Hic ob honorem aedilita|tis L. Vibi Ru[ti]li² filii sui | eq. R. at deam Pelinam pri|mus huic loco venatio|nem edidit, deinceps ludos | sol[Z]emnes. L. Vibius Nepos | filius, aed., IIIvir. iur. d., eq. R., | patronus civitatis, ob | nomen fratris sui titulum publice dica|vit Aureliano Aug. | et Basso II cos.³, XVI kal. Iun.

In agro Paelignorum loco dicto Secinaro (IX 3314 ter descripta saeculis superioribus). — 1) *Quattuorvir quinquennalis (Corfinii ut videtur).* — 2) *Cognomen incertum.* — 3) *A. 274.*

5057 T. Anchario T. f. Pal. Prisco aedil., quaest., IIvir., quaest. alimenterum. Huic primo IIvir. biga posita ob eximias liberalitates et abundantissimas in exemplum largitiones et quod ex indulgentia Aug.¹ octies spectaculum gladiator. ediderit, amplius ludos Florales². Ob haec merita plebs urbana . . .³ Cuius dedicatione T. Ancharius Priscianus filius aedilis, quaestor, adsedente patre gladiatorum paria decem ad[i]ecta venatione legitima edidit. L. d. d. d.

Pisauri (XI 6357 = Orell. 2545 semel descripta saec. XV). *Versuum divisio incerta est.* — 1) *Cf. N. 5062 not. 6.* — 2) *Similiter Cirtae magistratus quidam et alia civibus suis praestitit et diem ludorum Floraliu (VIII 6958). Cf. etiam Hettner Westd. Korrespondenzbl. 1890 p. 247 ad titulum agri Treverorum infra editum. De ludis Floraliibus urbanis cf. C. I. L. I ed. 2 p. 347.* — 3) *Lacuna significata erat in apographo.*

5058 L. Egnatio Invento | patri L. Egnati Polli | Rufi, honorati equo p. | ab imperatorib. Antonino | et Vero Aug. | Hic oblitterato muneris spectac.¹ | impetrata editione ab innulgen.² (*sic*) | max. principis diem gladiatorum | et omne apparatus pecunia sua | edidit. | Coloni et incolae | ob munificentiam eius. | L. d. d. d. (*In latere*) [e]ditum XII k. April. Claro et Cetego cos.³ (*infra: amphitheatrum, cuius apparent gradus, fenestrae, portae; intus gladiatores duo pugnantes. (In altero latere duo gladiatores pugnantes.)*)

Rocca Rainola prope Abellam Campaniae, iam Abellae (X 1211 vidit Mommsen). — 1) *Spectaculo (intellege, cum spectaculum, ut est X 5298, vetustate temporum oblitteratum esset).* — 2) *Indulgentia. Cf. N. 5062 not. 6.* — 3) *A. 470.*